

Ecclesia parochialis titulo Sancti Albani de loco Cascani [sic]

Est satis capax populi, et tectum satis bonum et tutum a pluvia habet.

Parietes dealbatos, in quibus insunt plura foramina, et fenestre absque aliquo munimine.

Pavimentum terreum.

Duo hostia [sic] habet, satis tute clauduntur.

In medio divisorium, super quo inest vas aque benedictae.

Altare maius

Sub emicicli existit non in totum ad formam.

Iconam decentem habet et ilis ligneis clauduntur [sic].

[71v] Bradellam lapideam indecentem habet.

Crucem inauratam et candelabrum ferreum.

Palium et tres tobaleas.

Dicitur consecratam [sic] existere.

A latere epistole extat quodam altariolum indecens.

A latere evangelii extat quedam capsia in qua paramenta ecclesiastica asservantur.

Cimiterium circuit ecclesiam.

Non tutum ab ingressu bestiarum.

Caret cruce.

Ecclesia titulo Annunciationis beate Marie virginis di [sic] loci Cascani [sic]

Licet aliquantulum angusta existat, tamen capax est populi.

Tectum nup<it>er restauratum et satis tutum a pluvia habet.

Pavimentum lateritium.

Parietes dealbatos sed non per totum ex defectu humiditatis.

Duo hostia [sic] habet, que satis tute clauduntur.

Duo vasa aque benedictae habet, quorum aliud indecens est.

In medio divisorium inest et desuper solarium elevatum ad usum confratrum societatis sancte Crucis.

Altare maius

Est satis ad formam et dicitur consecratum existere.

[72r] Iconam satis tolerabilem habet et bradellam.

Tobaleas tres et palium.

Crucem veterem et candelabra duo ferrea.

Desuper iconam inest crucifixus.

Et trabi appensum tintinnabulum et unica campana ligno appensa in muro ecclesiae.

Suppellectilia

Duoi calici, uno buono, l'altro è rotto e non si adopra

Due para di corporali e cinque purificatori

Sette veli di seta

Baldachino di tafitò rosso con le sue aste assai buono

Pianete tre fornite, una di fostano e l'<al'>altre, una di panno turchino e l'altra negro

Sei tovaglie

Una cotta e un missale novo
Due pale vechie
Dui palii di panno et uno di corame indorato
Quattro ampulline di vetro
Un lampione.

Eucharistia

Asservatur in tabernaculo depicto sed vetustum [*sic*].
Habet conopeum intus serico vestitum et stratum corporale habet.
Ostiolum clavi ferrea clauditur et illam aliis coalligatam retinet.
Habet pixidem argenteam, in qua particulas sacramenti conservat.
Habet tabernaculum ostensorium ex [72v] vitro christallinus [*sic*].
Defert huiusmodi sacramentum ad infirmos in ipsa pixide, que cum nimis parva sit illam intus calicem defert velo coopertum.
Lampas continuo ardet expensis societatis Copuris [*sic*] Domini.
Dum defert sacramentum ad infirmos acedit indutus stola et cotta et deferuntur luminaria, crucem [*sic*] et tintinabulum.
Per viam recitat psalmos.
Defert omnes particulas, quas singulis octo di[e]bus renovat.
Ipse confic[i]t hostias et illas conservat in cutula lignea minime vestita.
Comuniones generales fiunt in ecclesia parochiali supradicta Sancti Albani et separatim mares a feminis intus calicem comunicat, quibus purificatione[m] in ciato vitreo prebet.
Adhibet diligentiam in describendis comunicatis et incomunicatos ordinario denunciat.
Singula tertia dominica mensis et in die Corporis Domini fit processio.
In reliquis recte se gerit.

Baptismus

Extat baptisterium in medio ecclesiae.
Vas terreum et indecens.
Caret ciborio, tamen clavi clauditur.
Non habet cocleare sed infundit aquam ampulla vitrea.
Sacrarium inest intus altare a latere epistole.
[73r] Renovat aquam annuatim et veterem per sacrarium emittit.
Adhibet diligentiam in describendis baptizatis, quibus nomina sanctorum imponit.
Administrat huiusmodi sacramentum in ecclesia stola et cotta indutus et servat formam ritualis.
Extat tantum unica obstetrix instructa.
Puerpere accedunt ad ecclesiam ad benedictionem capiendam.

Olea sacra

Asservantur in vase stanneo forma oblonga tribus spatiis distincta (?), oleum infirmorum minime separatum.
Acedit ad unguendos infirmos stola et cotta indutus, concomitante puero deferente crucem et aspergillum.
Acipit annuatim ipsa olea ab ordinaria [*sic*] et vetera per sacrarium comburit.
Hominibus tantum quinque sensus corporeos et renes ungit, mulieribus vero quinque sensus dumtaxa[t].
In reliquis (etc.).

Penitentia

Confessionale extat in medio ecclesiae satis ad formam.

In quo audit confessione[s] tempore Pas[c]atis stola et cotta indutus, minime vero infra annum.

In administratione huius sacrame[n]ti et [73v] in imponendis penitentiis recte se gerit.

Matrimonium

Decreta concilii Tridentini super reformatione matrimonii minime publicavit.

Ante celebrationem matrimonii debitas emittit denunciationes et sponsi confitentur et comunicantur, et si inter ipsos sequitur carnalis copula ordinario denunciatur.

Describit nomina contrahentium in libro.

Nulli extant impedientes vel cogentes matrimonium.

In reliquis servat formam ritualis.

Parochus

Extat pater (*ou* presbyter) Petrus Ferrandus, qui litteras suorum beneficiorum exhibuit.

Retinet in quodiotiorem [*sic*] patrem Laurentium, qui litteras suorum ordinum exhibuit.

Ecclesia non habet domum parochialem.

Parochia est satis unita, ex focolaris numero quinquaginta, animabus vero tercentum.

Librum vero status animarum minime habet.

Fructus beneficii libere percipiuntur.

Pueros doctrinam christianam minime docet.

Fere dieti[m] celebrat et a variis confessariis confitetur.

[74r] Incedit in habitu et tonsura clericali.

Per viam defert lanceam et alias archibusium de licentia sui superioris.

Nulli extant concubinariis minusve strige et incantatrices.

Ecclesia titulo Sancti Raineri plebania de Pino nuncupata

Est satis ampla et lapidibus solidatis decenter constructa.

Tectum satis bonum et tutum a pluvia habet.

Pavimentum terreum et defossum.

Tria ostia habet, que satis tute clauduntur.

In medio divisorium, super quo duo vasa aque benedictae.

In imo ecclesiae extat quodam vas lapideum, quod alias inserviebat pro fontes [*sic*] baptismali.

Altare

Extat subtus qu[ui]dam capella[m] terreneam minime ad formam.

In qua celebratur in exequiis defunctorum.

Iconem habet veterem et indecentem.

Caret bradella.

Habet palium rubeum et tres tobales veteras [*sic*].

Insunt e regione due fenestre absque aliquo munimine.

Hinc inde a lateribus insunt duo altariola indecentia.

In capite ecclesiae super cappellam extat quodam sacellum titulo beate Marie Annunciationis, in quo quodam altariolum [74v] et in eo non celebratur.

Extat ibi quodam sepulcrum.

Et sacellum ipsum continuo manet clausum.

Ecclesia parochialis titulo Sancti Augustini loci Montis Maioris

Est satis ampla et capax populi.

Tectum pluviosum habet.

Pavimentum ex calce stratum et in nonnullis locis diruptum.

Parietes depictos et dealbatos.

Tria hostia [*sic*] habet, que satis tute clauduntur.

In medio divisorium.

Vasa aque benedictæ minime ad formam.

Inest suggestus ad sinistram ingredientis.

Inest etiam solarium elevatum ad usum societatis sancte Crucis.

Altare maius

Extat sub emicicli satis ad formam.

Caret bradella.

A latere epistolæ inest quedam finestella apperta.

Duo palia habet ex corio inaurato et ex panno nigro.

Crucem ligneam depictam et deauratam.

Candelabra duo ex auricalco et quatuor lignea indecentia.

A latere evangelii inest sedis pro episcopo.

In muro quedam finestella pro asservendis ampullis et hinc inde sedilea lignea.

Ines[t] etiam in ipsa ecclesia aliud altare titulo beate Marie Virginis non ad formam, [75r] in quo tamen celebratur, et habet altare portatile tolerabile.

Campanile inest super ecclesiam cum duabus campanis.

Suppellectilia

Doi calici con le patene, quali sgrulcano (?) tutti e doi

Quattro pare di corporali

Purificatori numero 8

Veli per il calice numero 4

Dui padiglioni per il tabernacolo, uno di tafit  rosso e l'altro di velluto ricio rosso

Tre pianete, una di velluto turchino, una di drappo turchino, l'altra negro, tutte fornite

Un'altra di brocatello negro

Un'altra di panno verde

Tovaglie a numero 9

Un missale

Due cotte, due pace vecchie

Due pare di ampolline

Un barile di ramo per l'aqua

Il baldachino con le sue aste

Un turibile e la navicella di lattone.

Eucharistia

Asservatur in tabernaculo ligneo depicto et deaurato.

Caret conopeo.

Intus tantum corporalibus munitum.

Non habet tabernaculum ostensorium.

Habet pixidem maiorem satis ad formam, in qua conservat particulas sacramenti.
Lampas continuo ardet expensis societatis Corporis Domini.
[75v] Defert huiusmodi sacramentum ad infirmos stola et cotta indutus, emisso prius sonitu
campane, associatur ab hominibus deferentibus luminaria, crucem et aspergillum.
Domi infirmi paratur mensa.
Defert omnes particulas nulla in tabernaculo relictas.
Per viam recitat psalmos.
Bis in mense renovat particulas.
Ipse conficit hostias, quas in cutula lignea minime vestita conservat.
In comunione generalibus mares prius et exinde feminas adhibitis tabuleis in calice comunicat,
quibus in altero calice purificationem prebet.
Adhibet diligentiam in describendis comunicatis.
Baccinella non circumfertur [sic] sed offerunt panem.
Fit processio singula tertia dominica mensis.
Clavis ostioli tabernaculi minime deaurata nec ab aliis separata.
Nulli extant incomunicati et incomunicatos ordinario denunciati.
Desuper umbellam habet.
In reliquis servat formam et satis recte se gerit.
Habet pro temporibus pluviosis duos lanternones.
[76r] Baptismus
[Baptisterium] extat prope altare a latere epistole satis ad formam.
Vas aque sancte marmoreum forma rotunda.
Desuper ciborium forma pyramidalis absque tamen conopeo.
Satis tute clauditur.
Nullum habet cocleare sed infundit aquam ampulla vitrea.
Sacrarium inest retro altare.
Renovat annuatim aquam baptismi die Sabathi Sancti et veterem per sacrarium emittit.
Describit in libro baptizato[s], quibus nomina sanctorum imponit.
Administrat huiusmodi sacramentum in ecclesia stola et cotta indutus.
Infantes infra octo dies baptizantur.
Non admittit p[at]rinos ignorantes primordia fidei.
Prohibet parentibus ne infantes in lecto retineant.
Explicat vim sacramenti et cognationis ac eorum onus.
Puerpere accedunt ad ecclesiam ut benedicantur.
In reliquis servat formam ritualis.
Olea sacra
Asservantur in vase stanneo.
Oleum infirmorum separatum.
Illa retinetur in fenestella a latere epistole, que tute clavi clauditur.
Accedit ad unguendos infirmos stola et cotta indutus, clerico concomitante [76v] et deferente
crucem et aspergillum.
Accipit annuatim ab ordinario olea ipsa et vetera per sacrarium comburit.
Tam maris [sic] quam feminis quinque sensus corporeos iniungit.
In reliquis (etc.).

Penitentia

Inest confessionale in imo ecclesiae non ad formam.

Caret tabellis necessariis.

In i<s>pso audit confessiones stola et cotta indutus.

In imponendis penitentiis et in administratione huius sacramenti recte se gerit et servat formam (etc.?).

Matrimonium

Decreta concilii Tridentini de reformatione matrimonii minime publicavit.

Ante cuius celebratione[m] et habito consensu a sponsis debitas emmittit denunciationes.

Administrat huiusmodi sacramentum in ecclesia stola et cotta indutus, sponsis prius confessis et comunicatis et nulla inter ipsos secuta copula carnalis.

Quibus explicat vim sacramenti et parentella [*sic*].

Quorum nomina in libro describit.

Temporibus quibus nuptie interdicte forent nulla matrimonia contrahuntur (?).

T[r]anseuntes ad secundas nuptias non benedicit.

Nulli extant ad invicem separati viventes.

Nulla fiunt tripudia.

Nihil a sponsis offertur.

In reliquis servat formam ritualis.

[77r] Parochus

Extat pater (*ou* presbyter) Dominicus plebanus nuncupatus de Pino.

Et ipsi ecclesiae ac cure pro coadiutore inservit pater Paulus de Calenzano, etatis annorum quinquaginta, qui litteras suorum ordinum exhibuit.

Reditus huius beneficii asserit ascendere ad scutos septuagintaquinque, qui libere percipit.

Domus in qua ipse habitat e[s?]t satis ecclesiae contigua et antiquitus eam (?) ecclesiae existere asserebatur, nun[c?] vere mense episcopalis.

Non habet librum status animarum, quas tamen asserit ascendere ad numerum quingentesimum.

Asserit nonnullos occupare bona ecclesiastica.

Nulli extant tumultuantes in ecclesia.

In qua tamen ad eorum consilia peragenda conveniunt.

Pueros doctrinam christianam non docet.

Fere dietim celebrat et sepe confitetur.

Nulla defert arma nullosve habet inimicos.

Continuo incedit in habitu et tonsura clericali.

Nulli extant concubinari et huiusmodi publice peccatores.

Populo verbum Dei et modo quo scit predicat.

Extat in ipsa parochia quidam ludimagister.

In reliquis et (cetera?).

[...]

Chiesa di Santo Albano di Cascani

L'altare si riformi nel modo prescritto ne' decreti generali et se gli provvegga degli ornamenti necessarii conforme a quelli.

Il cimeterio si chiudi in maniera che non vi possano entrare gli animali, et vi si ponghi la croce alla forma prescritta.

Chiesa di Santa Maria di detto luogo di Cascani

I confratri osservino quanto delle confratrie habbiamo ordinato ne' decreti generali.

All'altare si provegga degli ornamenti prescritti ne' decreti generali.

De' sacramenti

Si provegga de' vasi et altri ornamenti per i santissimi sacramenti conforme a quanto habbiamo ordinato ne' decreti generali et secondo quelli si amministrino essi sacramenti.

Parocho

Non tralasci d'insegnare la dottrina christiana.

Provegga de' libri per lo stato dell'anime alla forma prescritta.

Non permetta il reverendissimo ordinario che detto parocho né altri preti portino l'archibugio.

[92r] Chiesa di San Raniero

Si racconci l'altare alla forma prescritta ne' decreti generali con suoi ornamenti, et fra tanto non vi si celebri sopra.

Si racconci il pavimento.

Si toglino via quei due altari piccoli.

Si riformi l'altare della Nontiatà alla forma prescritta.

Chiesa di Santo Agostino di Montemaggiore

Si racconci il tetto dove piove.

Si accomodi il pavimento dove è guasto et non si permetti che per l'avenire vi si sepelischino i morti.

Si provegga de' vasi dell'aqua santa alla forma prescritta ne' decreti generali.

All'altare si provegga degli ornamenti prescritti, et quello di Santa Maria si riformi nel modo prescritto ne' decreti generali, et fra tanto non vi si celebri sopra.

De' sacramenti

Si osservi intorno a santissimi sacramenti quanto ne' decreti generali habbiamo ordinato, et il parocho non tralasci d'insegnare la dottrina christiana et di provvedere de' libri prescritti ne' decreti generali per lo stato dell'anime, et facci istanza al reverendissimo ordinario che proceda contra gli occupanti de' beni ecclesiastici.

Confratria

I confratri osservino quanto ne' decreti generali habbiamo ordinato, et il reverendissimo ordinario vegga di ridurre la confratria [*sic*] in altro più commodo luogo, togliendo quei solari che sono nelle chiese ove convengono i detti confratri.